



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Sabas Abbas. 5. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

übera. Hic novus filix suæ leno per urbem Iudibrio circumduci sustinet unâ verecundia rectam. Demum è tyranno carnifex suâ manu non barbaram filiam barbarissimus parens demerit. Sed carnificis carnifex fulmen fuit, quod in eodem loco scelus extinxit. Nunc BARBARA i. lis è calo opitulatur, qui, ne sine sacro epulo diem ultimum obeant, orant. Testis ejus rei locuples Stanislaus est sanctissimus è Societate IESV adolescentis; quem si amulabitur, rectè faciet adolescentia.

*Ex Baron.*

Si quando senseris te ad aliquod terti peccatum, in mentem revocan nulli mortalium revocabile Christi judicium, omnium durissimam pœnam confusione sempiternam: hoc timore, quasi freno animam tuam ad uitiosam concupiscentiam proclivem prohibe. Ex Basil. in psal. 33.

S. SABAS ABBAS. 5. Decembri.

S Abam si spectasses, Imperatorem dixisse, ut qui monachorum exercitum non unum ducebat, viros omnes, quales vultu etiam se ferebant, cum ille imberbum in castra sua neminem admitteret. Sevientis fornacis flamas scribitur crucis signo extinxisse; feras & feris magè feros homines domuisse: Agarenum, qui fallaci animo accesserat, terræ hiaturi devovisse: templum cælo monstrante, in rupe alicubi repetisse: in genium malum ab ipso Christo armatus depugnasse, ab eodem nunc cibariis, nunc pecunii donatus. Iam leonem, qui medicam sabbæ manum expertus erat, ajunt asino custodem ducemque ad pascha fuisse tamdiu, quoad agaso luxurie fœda se contaminavit, tunc enim devorasse asinum.

Ipsum

6. D.  
Ipsum  
cum  
verbis  
immixtis  
cœlo  
qui tra  
ratoris  
ticoru  
celum  
comiti

V  
vider  
angui  
sit di  
fructu

S  
M  
diebu  
noctu  
suetud  
crosau  
paupe  
glori  
tribus  
parab  
stras  
CHR  
quieti  
ex er  
divino  
pro li

Ipsum SABAM , cùm ad Anastasium Imp. hæreticum iret , anteambulonem habuisse Angelum , verbis impiam liberis castigasse , mortemque ei imminentem multò antè prævidisse. Sed & Iustinianum itidem Imperatorem palam coronam cœlo vidisse descendere , & caput SABA ambire , qui tamen exorari non potuit , ut heredem Imperatori apud D E U M impetraret , quod hunc hæriticorum partibus accessurum sciret. Denique in celum abiisse anno d. xxxi. inter DD. Martyrum comitatus. Ex Metapbr.

Verè dives est , qui in conspectu Dei potest dives videri , in cuius conspectu terra exigua , mundus ipse angustus est . Solum illum Deus divitiam novit , qui sit dives aeternitate , qui non opum sed virtutum fructus recondat. S. Ambr. l. 3. ep. 1.

## S. NICOLAVS EP. 6. Decembris.

**M**ores cum lacte ab infastiâ imbibi. Nicolavus probat , qui cùm à primis cunabulis diebus Mercurii & Veneris semel in die , idque noctu tantum , maternum lac admisisset , eam consuetudinem jejunii per omnem deinde vitam sanctissimam habuit. Adolescens divitias omnes in pauperes dilapidavit , ad hoc ingenio etiam , ne gloriolum mercaretur , usus ; uti ruris fecit , cùm tribus pueris , quas neverca paupertas prostituere parabat , dotem trinitatis noctibus furtim per fenestras immisit. Subinde cùm pietatis causâ terram CHRISTI vestigiis nobilem peteret , iratum mare quieti , nautam extinctum vitæ reddidit. Post ex eremo ad homines divinâ voce evocatus , & divino item indicio Pontifex creatus Myrre , pro libertate Catholicâ fortiter carcerem & vincul.